istius epistolæ meæ communicatur, vel non; animum ipsius paulum conturbaverit, et in melius mutaverit, rogo ut certiorem facias, sin minus, qualem qualem nihilominus seriæ monitionis effectum saltem paucis verbis ex ipsa rei veritate minimè dissimula. Illum, et hoc sic tibi commendo, ut majore cura, studio, sollicitudine animi commendare non possim. Vale cum nepte et tota domo, meque semper et ex animo habe
Hagæ Comitis 14. Januarij 1632. Tuum
Casenbrodt

Inscriptio
Egregia doctrina, pietate ac humanitate prædito Juveni Dn. Henrico Flockenio, Theologiæ Studioso
Lugduni Batavorum.

277.

Ser^me Potentiss^e ac Christianissime Rex Gustave Adolphe Invictissime Suecorum Gothorum et Vandalorum Rex. Magne Princeps Finlandiæ Dux Esthoniæ, Caresiæq. nec non Ingriæ Dñe etc.
Dñe Clementissime semperq. observandisse etc.

Ante oia, Sacræ R. M. V. Mediocriatas nostra, in cordis Christiani sinceritate, humiliter ac demissè salutem imptit. Ejq. manus ardenti affectu desculat. precans Dnum n. J. Chrum pro incolumitate Augustæ suæ psonæ, et immortali gloriosi nominis sui conservaõe. Literæ S. R. M.^tis V.^ræ nobis missæ p Exc^tmum virũ suum Consiliarium et oratorem in istam Portã Othomanicã ablegatum. D. Paulũ Strasburgx. Non est quod dicamus, quanta nos lætitia affecerint. Deo oipotenti gras egimus pro felici faustoq. statu suo. et q tam distans à nris regionib. in variis arduorum bellorũ discriminibus adhuc de nobis fuerit solicita. ut congratulaõe et Auguraõe nos refocillavit. recognoscimus hoc tum Dei misericordis providenã, q fecit Sacram R. M.^tem V.^ram excitarit, ut p divina sua glã adversus Foedifragos Tyrannos militaret. Ita se ample extendet

ubi glâ Dei promoveri erat necesse. Non audivi-
mus nos seculo Seren: Reges suecorum Antecessores
S. R. M.tis vrae in istam Portam Othomanicam
misisse legatum, nunc primum vidimus sed ita
gloriosum ita Ecclae Chri Constantinopoli-
tanae utile est hoc totum referri debeat felicis-
simae fortunae S. R. M. V. quam undiq gloria
et immortalitas comitatur. et si vellemus ea
omnia scribere quae hîc acta sunt, liber esset
scribendus non Epistola. Hoc tamen non mis-
sum faciam. Erat magnum nomen S. R.
M. V. in hac porta et ante adventum Dni
Oratoris sui. qua celeberrimum famam virtutum
suarum feliciumq. suorum progressuum insinu-
caâ, quam licet, Vir integerrimus et Prudentis-
simus Cornelius Haga Potentissimorum DD Sta-
tuum Hollandiae legatus, hîc residens. Sup-
suos humeros, quasi, gerens per Magnatum
Regi Othomanico Intrinsecorum et ministrorum
discurrens domos et penetralia applicabat et ap-
plicabat, cum iis circumstantiis quae materiam
status respiciunt, et jam erant capaces istius
portae ministri, ante Oratoris exc.mi sui ad-
ventum de variorum praeliorum eventu et alio-
rum rerum successu prout isthîc se habuerant.
At ubi appulit Exc.mus Orator et S. R. M.
V. Consiliarius Paulus Strasburgk. Sapien-
tisse sua usus functione materiam amplia-
vit, et ita sua facundia auxit ut ipsis hu-
jusce Portae magnatibus jam constet, labores
et progressus Sacrae R. M. V. esse miracula et
Dei potentiam per sua glâ tuenda hoi com-
municata

municatam. hinc ē quod aula Othomanica
orga Reg S. R. M. V. opte se affecerit. et
ipse Rex contentus, oratorem generosum suum
pluris aestimaverit, multisq. signis honoraverit,
qbq nunquam alterius Regis et principis le-
gatum affecerit. Hoc multa insidiatoribq Au-
striacis hīc residentibq et aliis Massae Posth-
ficiae hominibq, peperit invidiam, q multas
arces struere aggressa, retrocessit, et cecidit con-
fusa. Interea ab ista Papistarum invidia et
nos maximas passi sumus tentaões hoc tempore
quando orator Prudentiss S. R. M.s Vrae sua
authoritate Ecclam nram Constantinopolitanam,
et me ipsum ab artibq istorum et aliorum falsorū
fratrum secretō à mandatis Jesuiticis pendentiū.
una cum Exc:mo Viro Cornelio Haga consilio
et opera defendit atq. eripuit. hoc totum à fonte
bonorum Deo optimo maxo et S. R. M.ti V.rae re-
cognoscimus. cuiq Regalis potentia Divino brachio
fulta in hasce usq. partes pervenit. Conjecturat
hinc S. R. M. V.ra nos reputari apud nros
Caesareos tamquam oves caedis. Cum uno die mi-
teyro pacem nb. dare nolint. Causa? qa
eis non obtemperamus. quod si eis crederemus, Scra
S. non ē pfecta, nec sufficiens. Eccla caput
non habet Chrum, fides caerimoniis congesta
fabula. Justitia Christiana non opus Salvatoris.
Sacramentorū veritas annullata. Evangeliū
comentum humani cerebri. Idololatria sequenda.
Tandem nemo salvari pt. nisi credat in eum
q se facit Chrum, cum non sit Chrus. quid aliud
vō. ipsi hoēs à nobis quaerunt, si ista intimant
nb. nisi conscientias nras captivent, et nos in
praecipitium detrudant? non possumus eis obtem-

perare. Quærimus salutem aãrū in Jesu Christi
vera fide in evangelio revelata non in fa-
bulis, quo non contenti adversarii bellum nb.
perpetuum indicunt. Resistimus nos ad possibi-
le cōm violentiæ, nec habemus ~~nos~~ post Dei
et Dni nri J. Chr. protectionem, q in acie
compareat et pro nb. militet, nisi virū Epē
usque suspectum facta ē mentio Corneliū Haga
vorum fidelem Jesu Chr. ē prudentem milite
pro sua gla. Talia habemus solatia in hisce
partibus, ubi prævalet Pontificia potentia.
Sed Consolamur scientes quod exercemur in
nra vocatione. In qua per Dei grãm ovili
nro à Deo nb. concredito indesinenter ministra-
mus et servimus, multis cum tribulationibus et
periculis. Unà pro possibili servimus Reipub.
Christianæ prout et S. R. M.tas V.a deside-
rare videtur. At de hisce ut me extendam in
præsentiarū non ē opus. Satis, aures S. R.
M.tis V.ræ gravavimus cum nra prolixitate.
quod avi sumus qa nimis confidimus in be-
nignitate et pietatem S. R. M. V. cui si voto
nro voluerit satisfacere plura referet orete-
Exc.mus suus Consiliarius Paulus Strasburger
pro fine verò sciat Sacra R. M. V. q nos mi-
nimi assistimus apud Deum pro sua salute,
crebroque fores divinæ misericordiæ pulsamus,
ut sancta sua grã personam S. R. M. V.ræ
protegat, præveniat, et conservet, in Confusione
suorū hostiū, in consolatiõe fidelium et restau-
rationem oppressorum. Et gloriæ Dni
N.

n. Jesu Christi, promotionem et exaltationem
Amen.
Data Const.^{li} $\frac{1}{11}$ Julii 1632.

(Cyrillus Patriarcha)